20ma Novemb. in Lebach obiit Anna Maria Riem, quæ primo Marito Nico= 9
lao Knobé 27ma Augusti 1792 viduata, et 29na Januarii 1793 Georgio Waricken
in Domum Soceri Nicolai Knobé Synodalis hujatis nupta, die 17ma c. m. in
subita Gallorum irruptione globo tormentario jacta, cum vellet è Campo
in Domum suam recurrere ad exportandum infantem, ex vulneribus et conquassatione
præsertim pedum, defectu omnis in isto tumultu haud inducibilis Chirurgi immedia=
bilium occubuit, nullis, heu dolor! Sacramentis propterea receptis, quod ego
usse, dato inter eosdem complucentes globos consilio, qualiter se juvaret alter vul=
neratus Joes Johantgen nimirum, et infante :/: quem suo loco videris :/ baptizato,
nox ante tragicum Anna Mariæ casum è loco nostro egressus, Cæsarianis inde
dentibus, gallis verò omnes aditus obsidentibus, usque mane 22dæ, qua demum
profligati sunt, atque omnia sacra juxta ac profana diripientibus, remeare
non potuerim. Unde et funus fuit sine Cæremoniis Ecclesiasticis à Vici=
nis in Cœmiterio humatum: Exequiæ autem 29na et sequentibus diebus
per me, et R. Dnum Laux Past. in Bettingen solennes hic habitæ, omnibus
utensilibus ex Ecclesia dicta Parochiæ commodatis, Illa R. I. P.!

23tia Novemb. in Rimmelbach obiit Elisabetha SCHÄFFER Nicolai
Trentz decrepita vidua, etiam sine Sacramentis, eò quod domestici, licet
scientes me degere in Bettingen, ibidémque præsentes ad emendum pro
infirma Vinum, non monuerint, rati abs dubio, periculum haud propin=
quum adeò adesse manducanti, et bibenti. R. I. P.!

2da Decemb. hora post meridiem prima in Lebach obiit Maria Knobé
sup. in hac pag. ad 20mam Novemb. memorati Synodalis filia leg. inde à 12ma
Febr. 1791 uxor Jois Baur in sic dicto Schneiders Hauß. obiit inquantum Sacra=
mentis omnibus ritè per me munita, ac bene resignata R. I. P.!

21ma Decemb. obiit in Knorschet Petri Scherer, et Annæ Dahm filiolus
Petrus, natus 17ma hujus ejusdem Mensis. B. D.!

A. 1794

3tia Jan. manè nonam inter et decimam in Kreinhoff obiit Petrus
Triess, cum fratre Nicolao ab aliquot annis ibidem villicus, relictis præter uxorem
quatuor prolibus, hodie manè mox à septima perceptis dum sufficiente rationis
usu, et seria applicatione extremis omnibus è manu mea, judicantis ipsos fratres
si Petrus supervixisset ad bonam præter indolem villæ, fortunam emersuros. R. I. P.!
Nota: dicti fratres sunt ex hac Saubach oriundi, et uxor defuncti ex Neunkirchen.

4ta Jan. circà 4tam à meridie obiit in Lebach Franciscus Casparus f. leg.
Mathiæ Junck ex Anna Maria Baur 12ma Novemb. 1790 natus. B. D.!

4ta Jan. mox à 9na vespertina obiit in Lebach Johannes Riem
pater Annæ Mariæ suprà ad 20mam Novemb. hac pag. notatæ, possessor sic
dicta Steinmetzen-Hauß, Scabinus Judicialis, 6ta vel 7ma hujus in templo
communicatus ægro licet corpore, heri manè post octavam receptis extremis
omnibus :/: præter benedictionem generalem :/ à me, decepto spe melioris usus
rationis. R. I. P.!

7ma Jan. manè ad horam 7mam in Saubach obiit circiter Sexagenaria Anna
Groos, vidua Johannis Jensen 1787 die 27ma Febr. piè defuncti, quæ
ut dono calicis apud nomen mariti non nihil descripto, frequentiss. usu Sacra=
mentorum, ac misericordia in pauperes piam se in vivis, sic receptis de manu
mea ad 14tam Extremis, in gravi agone fortem, ac resignatam satis comprobavit
corpore juxtà latus viri ~~humato~~ sinistrum :/: vide sup. :/ humato. R. I. P.!
quotidiano ad Sacrificium accessu religiosa discretione erga æquales, ac misericordia

Februarii in Landsweiller Kaufers Hauß obiit Anna Catha=
rina filia Mariæ Müllemann ex Eyweiller vicino, ubi est mater aït,
ante tres et amplius annos est baptizata. B. D.!

Febru. vesperi mox à 7tima in der Mühlen-Mühle obiit Mathias Ziegler
statis soluti, confessus, unctus, et gallr, ut dicimus, benedictus, non communicatus
defectu Sacrarum Specierum, gallis 5ta hujus iterum irruentibus translatarum,
in angustia temporis, quo ad agonizantem vocatus sum, non recuperabilium.
R. I. P.!